Quelle: https://manuscripta.at/?ID=109
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

18.

quidam miles vocabulo Geraldus ĩ pago
roternico in villa que villaris nuncupat(ur)
distans a conchis fere sex passuũ milib(us)
Hic cũ aliq(ua)ndo a roma rediret accidit ut
mulus quẽ a fr(atr)e suo Bernardo clerico re-
cepat cõmodato. nescio quo vitio fractus
deficere cepisset. At ip(s)e s(an)c(t)e fidis quã ut vi-
cinam h(ab)ebat miraculor(um) recordatus vovit
ei p(ro) salute a(n)i(m)alis candelam eius longitudi-
nem habituram. Nec tamen convalescẽs
mulus. s(ed) multo magis gravatus occidit
mortuus. Quod videns homo cũ hospite
contrahit de corio. Cui cum nequissimus
hospes q(ua)m minimũ p(re)cium porrigeret. rat(io)
quia si mich(i) daret. videt tamẽ haberet.
Ille autem Geraldus valde indignatus
p(er) varias cesuras in longo et t(ra)nsverso
sulcat cadaveris latus. ne videlicet se ind(e)
ab eunte. infidelis hospes integ(ra) pelle gau-
deret. Denique arrepti sui itineris baculo
extincti iumenti oc(u)l(u)m cuspide p(er)fodiens.
caudamque percutiens ita furibund(us) ait.
Quid nunc detrimenti s(an)c(t)a fides patietur
si inter alia sanitatũ dona. huic etiam
mulo sanitatẽ reddens. tam longam can-
delam sibi sortietur. Modo miser dup-
plici dampno ferior. inter vias perdest